






Friedrich in Brux 1676.

---







18309.  
Su  
N 33

1899

2 a

2

*Q. D. B. V.*  
EXERCITATIO ACADEMICA  
*DE*  
**JURE**  
*&*  
**ÆQUITATE,**  
*QVAM*  
PRÆSIDE  
**JOH. CHRISTOPHORO**  
**Fugmann/**  
Publico Eruditorum examini  
submittit  
**GEORGIUS EMERANUS Kühlewein/**  
Magdeburg. Sax.  
IN AUDITORIO MAJORI,  
D. XXI. Martii  
Horis Antemeridianis.



WITTEBERGÆ,  
TYPIS JOHANNIS WILCKII.  
ANNO M DC LXXVII.



REVERENDISSIMIS, ILLUSTRISSIMIS,  
GENERO SISSIMIS

DOMINIS

DN. DECANO,  
DN. SENIORI,

UT ET

RELIQVIS ARCHI-  
EPISCOP: MAGDEB. ECCLES.  
CATHERDAL.

DN. CANONICIS  
EMINENTISSIMIS.

DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS,

Perpetuam Felicitatem!

REVERENDISSIMI, ILLUSTRISMI,  
GENEROSSIIMI  
DOMINI;

DNI DECANO  
DNI SENIORI

Onesta erit audacia  
inter tot Venerantium  
Officia meam de JURE  
& ÆQVITATE Ex-  
ercitationem Academicam , tenui  
qvamvis filo contextam exhibere,  
Vestrissq; ILLUSTRISSIMIS NO-  
MINIBUS dicare. Summorum in-  
genio.

3

geniorum proprium est, devotam  
animi pietatem haud omnino insu-  
per habere; & verò cultus reveren-  
tiæq; nomine venit, qvicq; à me  
offertur. Vos Patriæ Columna, se-  
cularis fati Præsidia, juris Vindices,  
rerum omnium cum AUGUSTO  
CAPITE Administratores appel-  
lant, qvi de publico statu recte sen-  
tiunt, veritatemq; in oculis habent.  
Sed in re tam manifesta argumen-  
torum probatione abstinere licet,  
dum publicæ in omnibus ditionibus  
susceptæ preces Vestram probant  
authoritatem dignitatemq; summā.  
Vestrū illud est templum, quo  
splen.

splendidius Germania haud habe-  
bit, qvod ob admirandas structuras,  
operaq; Nationum Gentiumq; ocu-  
los in se convertit. Invictissimo in  
terrarum orbe PRINCIPI OTTO-  
NI I. hæc debetur laus, ut & incho-  
aret & absolveret admirabilem stru-  
cturam. Rejectis humanis supersti-  
tionibus nihil amplius exauditur de  
Sanctorum invocatione, de abomi-  
nandis illis missis, qvibus tot errores  
introduci sunt, neq; miraculis, qvi-  
bus captum olim vulgus hominum  
hodie qvicqvam creditur. Deus e-  
nim sibi soli invocationis cultum tri-  
bui vult, ea Missa celebratur, qvæ ex

insti-

4

institutione testatoris & rem coele-  
stem & terrenam in creditum sa-  
lutem offert, novis non indiget mi-  
raculis Ecclesia, utpote satis jam cō-  
firmata atq; corroborata. Ad cul-  
tum autē Divinum promovendum  
magnificentissimos facitis sumtus &  
tot varia excogitantur, suggestur  
ornamenta, qvibus propria vestra  
gloria in perpetuum constabit. Ex-  
cellentissimū & singulare est, qvod  
non sine ingenti pecuniæ summa  
novum instituistis Lyceum felicissi-  
mo qvidem successu; namq; ex va-  
riis, disfisisq; Locis Adolescentium,  
juvenumq; confluxu est. Sed qvis  
dignè satis deprehendit Vestrarū Vir-  
tutes

tutes, aut ex decoro audebit? Meum  
potius erit Vos, ILLUSTRISSIMI  
MEOENATES, summo studio  
rogare, ut placido vultu aspiciatis  
primum cultus mei specimen, & in  
posterum, si mea diligentia aliquid  
efficere valet, meliora expectetis  
Deus Vos communis saluti, bono-  
rum votis, piorum desideriis diutis-  
simè conservet, Domusq; Vestras  
omni felicitate augeat!

VOBIS,

GRATIOSISSIMI DOMINI,

obsequiosa devotione  
mancipatus

GEORGIUS EMERANUS RHEINBECK.

I. N. J. plumbumque relatum

## §. I. *General introduction.*

## N JURIS possessionem

soliveniunt homines, utpote qvili-  
bertati agendi possent. Est enim  
jus talis regula, qvæ modum in actio-  
nibus moralibus cum obligatione  
præscribit. Vel uti *Grotius* habet:  
*Jus est regula actuum moralium obli-*  
*gans ad id quod rectum est.* Alii per  
normam definiunt, dum verò ex hoc  
instituto norma & regula voces aequipollentes sunt, qvam  
velis, adhibeas.

J. B. P. lib. 1.  
c. 1. §. 9.

**S. 2.** Si hominum actiones cum regula convenienti, iustæ, si illi non congruunt, injustæ vocantur. Hinc enascitur, iustum simpliciter tam factum, quam quod fieri debet respiciens, & vel habitum, vel actum tantummodo notans. Omnis enim habitus amplectitur actum, hancque ob causam iuste factum ex habitu, est simul iustum factum, licet non omne iustum factum dicatur iuste factum. Improbis aliquando iustum agit, nonquam tamen iuste, quia non ex habitu iustitiae operatur; manet homo in iusnus, neque ex una alteraque actione improbi nomen amittit. Qui iuste titulum mererur, iustitiâ tanquam habitu innititur, ut iusta agat, & iusta velit. Ex quibus patet, ut alius quis iustus vocetur, requiri duo, primò habitum, id est, crebrum iustarum actionum exercitium; deinde voluntatem. In moribus enim voluntas unicè attenditur, alibi sufficit facultas. confer Aristotelem, qui hoc accurate distinguit.

A

S. 3. Circa

Etbis.l.2.c.4.

§. 3. Circa quod versatur ius, sunt actiones, quae ita perficiuntur, ne aberrent à regula. Quia propter hoc loco non quævis hominum actiones intelliguntur, sed liberae quæque ab hominibus suscipi & omitti possunt: Insuper, quoniam omne justum ad regulam juris exigendum est, non alia actio in censem venit, quam quæ circa jus occupata est. Hæc in specie appellatur moralis, produciturque à potentia activa atque à voluntate. Homo enim per suam naturam aptus est ad justitia habitum colendum, ad omnem juris regulam observandam; quod si accedit voluntas, datur actio moralis. Ex opposito, si absit voluntas, & vel invitus, vel non sentiens aliquid egeris, cessat actio moralis atque ipsum jus.

§. 4. Cum obligatione verò prescribit ius, ut aliter agendum minime sit. Juribus atque Legibus circumscribitur hominum voluntas. Si justum non exequitur homo, superiorem timere cogitur, à quo ejus licentia coercetur. Nonne DEUS mille mala ingerere, ipsumque hominem destruere potest si detrectet obsequium? Nonne magistratus paenarum vi injustitiam prohibet, quando ob sua vitia, scelera & flagitia quidam multè afficiuntur, nonnulli carcere derinentur, alii aliter puniuntur, vel etiam necessitate exigente è medio tolluntur, ne latius gravassetur eusmodi pestis, totumque corpus societatis, vel Reipubl. corrumpat? Ita in Societate domestica maritus, pater-familias, dominus occurrit, qui uxori, liberis, servis prescribit munia atque agendi modum.

§. 5. Hæc causa est, quare Aristoteles constitutus aliud ius politicum, aliud oeconomicum. Si enim perfectissimum in perfectissima societate ius reperiendum est; utique Politicum ius perfectissimum erit ius, omnem societatem civilem ejusque membra ad certum finem dirigens, omnes actiones determinans atque circumscribens. Videtur hoc ius extendi posse ad diversa regna, ad diversa imperia, ut quælibet actiones interdiversos populos recte decernantur. Oecumenicum ius præstat, ut liberi, ut servi suum officium agnoscant. Licet verò oecumenicum ius saltem per similitudinem quandam respectu juris civilis

Ethic. l.5. c.6.

2. Cicero

civilis dicatur; tamen adhuc aliquod jus esse merito censetur.

§. 6. Aliam afferit juris significationem *Grotius*, quâ jus est qualitas moralis, personæ competens, ad aliquid justè habendum, vel agendum. Ex hâc significatione constituitur aliud jus in re, aliud jus ad rem, quæ distinctio à Romanis Scriptoribus prolixè explicari solet.

§. 7. An Brutæ animantia in societatem juris veniant, olim disputatum est, & adhuc disceptationes vigent. illa vero constantia, quam obseruant in suis actibus brutæ, nullum probant jus: ex instinctu naturæ hæc talia peraguntur, non jure propriè sic dicto. Neque quicquam facit distinctio inter necessitatem agendi physicam & moralem: dum enim ita distinguitur, expreſſe afferitur, brutis non convenire jus, quippe quæ voluntatem præcipientis non admittunt, sed ex naturali sua facultate hoc & non alio modo operantur. Porro ubi justitia nulla, ubi nulla justi est denominatio, ibi nullum jus stare potest; prius est verum de brutis; ergo etiam posterius. Fusè demonstrat Selenus, nec Ebraeos jus aliquod hominum ac brutorum commune agnovisse, & que pro jure brutis communis afferri soleant, partim non repugnare vera sententia, partim merito repudianda esse, tum jure Consultos Cesareos plurimos, viros gravissimos, celeberrimosq; ab Ulpianæ juris naturalis definitione sibi recedendum jure existimasse. Forsan neq; figura caret, dum natura, ut doct̄r̄ omnium animalium prohibetur. Et si verum dicendum, veterum J. Ctorum Philosophia exhibet potius artem oratoriam, quam veram sapientiam & accuratum definiendi modum. Huc spectat illud: *Jus istud non humani generis proprium est, sed omnium animalium, que in celo, que in terra, que in mari nascuntur.* Hinc descendit maris atq; feminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio: hinc educatio. Videmus etenim catem animalia istius juris peritiam censerii.

§. 8. Jura ordine recensurus initium faciam à jure naturæ. Tale aliquod esse probant notiones hominum mentibus impressæ, quas certè à potentissimo principio imprimi inde col-

A 2 ligitur,

I.N.G.l.c.4.

§ 5.

ligitur, quod per totum mundum sint eadem, at que nungquam variant. Quae ex voluntate hominum dependent, facile mutantur, neque ubique unam eandemque rationem subeunt: Sed illae notiones perpetuo ubique locorum eodem modo durant. Ita DEI existentiam communis omnium hominum consensus probat, neque illa tam barbaragens est, quae DEUM esse inficias eat. Hoc ubique obtinet, hoc immutabile planum est, dari nimis aliquid Numinem increatum, a quo omnia condita sint. Forsan non sufficiet haec argumentatio: Cotta enim apud Ciceronem hunc in modum differit: *Placet omnibus ferre, mibiisque ipsi imprimis, Deos esse.* Itaque non pugno; rationem tamen eam, quae a te assertur, non satis firmam puto. Quid enim omnium gentium, generumque hominibus ita videtur, id satis magnum argumentum esse dixisti, cur esse Deos confiteremur. Quid cum leve perse, tum etiam falsum est: unde enim note tibi sunt opiniones nationum? Et quae alia in hanc sententiam plura sequuntur verba. Sed si cuti monstrosa reperiuntur corpora, a quibus humana natura abhorret: Ita ejusmodi insanæ opiniones cum vera prudentia convenire non possunt. Vitiis palato nihil recte sapit: quorum rationis usus depravatus est, nihil recte dijudicare possunt. Eiusmodi porrò notio, quæ ius natura spectatur, est illa: DEUM esse colendum, tum actibus interioribus, tum exterioribus: Nam DEUS est præstantissimum Ens; de DEO itaque cogitare, illum omnibus modis venerari præstantissima erit hominis actio.

S. 9. Quid ex pulchris laudabilibusque actionibus homo tranquillus redditur, internâ formidine concutitur vitiorum scelerumque sibi conscius. Testimonia sapientum non cumulabo. Princeps Philosophorum Latinorum Cicero, Magna, ait, *vis est conscientia & magna in utramque parem: ut nego timeant, qui nihil commiserint; & panam semper ante oculos versari putent, qui peccarint.* Et vicissim: *Nolite putare, quemadmodum in fabulis sapientum videris, eos, qui aliquid impie scelerat, commiserint, agitri & perterreri. Furiarum tedi ardenterbus. Sua quemque, frus & suis terror maximè vexat, suum quemque*

*fcelus*

*Nat. Deos. l. 1.*

*c. 23.*

*Orat. pro Mi-  
lon. c. 23.*

*Orat. pro Sex.  
Rosc. Americ.  
c. 24.*

7

scelus agitat, amentiaq; afficit: sua m<sup>a</sup> le cogitationes, conscientiaq;  
animi terrent. Clarius adhuc loquitur Apostolus: Cūm enim, Rom. II. 14. 15.  
gentes, qvæ legem non habent, naturaliter ea, qvæ legis sunt, fa-  
ciunt, ejusmodi legem non habentes, ipse sibi sunt lex: Qvæ ostendunt  
opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis  
conscientia ipsarum, & inter se invicem cogitationibus accusanti-  
bus, aut etiam defendantibus.

§. 10. Facile dijudicat recta ratio, quid faciendum, qvid  
omittendum sit, neq; sola fori humani consuetudine & actione  
num formulis estimat justum. Liberalitatem exercendi, gra-  
tiam ab ingratō reposcendi jus natura dat, etiamsi eō nomine  
actio in foro denegetur. Qvō magis mirandum est, plerumq;  
homines seqvī non tam rerum veritatem, qvām susceptas de re-  
bus opiniones. Indē fit, ut naturæ jus variare videatur, cūm  
tamen non variet, & si qvæ ab aliis conceduntur, vel etiam lau-  
dantur, ab aliis legibus prohibeantur, atq; vituperentur. Nullatenus Athenis turpe erat, sororem germanam habere in mat-  
rimonio. Lacadæmoni furari licitum erat, modō clam fieret; Si  
verò aliquis in furto deprehensus, cædebat virgis, non ob fur-  
tum, sed qvia minus ingeniosè furatus erat. Apud Babylonios  
comitatis specimen erat, vulgare corpus. Qui Naura regionem  
incolebant, illis fas erat, parentes cum liberis coire. Hoc est,  
qvod vult Aristoteles: Est in rebus, que honesta & justa sunt, qvas  
civilis scientia (notandum civilem scientiam ex mente Aristote-  
lis omnem comprehendere Philosophiam practicam) considerat,  
tanta varietas, tantaq; in eis versatur erratio, ut lege modō, non au-  
tem naturā constare videantur. Multæ, uti jam dictum, sunt  
civitates & populi, in quibus mores ita corrupti, ut consuetu-  
dine flagitia committantur. Et licet de honestate ipsa non qvæ-  
ratur, tamen ex opinione hominum de actionibus disputatur,  
an sint honestæ, an inhonestæ. Hoc in gentibus contemptori-  
bus veri DEI aliquō modō tolerandum esse videtur: fed in  
Christianis abominandum planè est, vitia p̄ virtutibus eligi,  
norunt illi sanctissima sanctissimi DEI præcepta & de laudabili  
vita instituenda idoneos habent Doctores. Multi verò repe-  
riuntur,

Etb. I. 1. 63.

riuntur, qui contra omnem conscientiam & rectam rationem  
actiones suscipiunt, ut libidinem voluntatis suæ expleant. Multi  
omnia utilitate metiuntur, si lucrum capere possunt, fraudare  
& decipere jucundum putant. Neque defunt, qui ita amant  
suis opes atq[ue] dvitias, ut profundere eas potent, si indigentibus  
ad sublevandam inopiam minutâ portione subveniant. Ita  
ducuntur illi homines mala consuetudine, vitia pro virtutibus  
reputantes. Et hoc, nifallor, satis certum est, qui unicō vitiō  
laborat, illum cæteris non esse liberatum. Habet hanc virtus  
proprietatem, ut posita unâ virtute ponantur omnes; ergo ex  
opposito damnum maximum inferet unicum vitium, qvô uni-  
cō positō ponentur omnia vitia.

S. II. Cæterum definitimus jus naturæ, qvod sit regula ho-  
minibus à DE O mediante intellectu practico sub metu iræ &  
poena divina præscripta, ut consequantur finem sibi convenien-  
tem. Magni nominis Vir Dn. Noricus talēm format definitio-  
nem: jus naturale est dictamen recta rationis, indicans qvo-  
modò homo se gerere debeat erga DEUM, proximum & semet-  
ipsum. Atq[ue] de tripli hominis fine mox infra agendum  
erit. Indicium cur aliquid sit juris naturæ est dictamen rectæ  
rationis, indicat enim nobis recta ratio modum agendi, præscri-  
bit qvalibet actiones. Attamen si accuratè loqui volo, dicta-  
men illud rationis inservit tantum cognitioni humanæ, ut ho-  
mo cognoscat, qvæ juris naturæ sint, non autem constituit jus  
naturæ. Non enim aliquid juris naturæ est, qvia dictitat recta  
ratio; sed inversō potius ordine procedendum est; qvia recta  
ratio hoc dictitat, ergo seqvitur esse juris naturæ. Quidnam igit-  
tur constituit jus naturæ? Nihil aliud, qvam honestum: Hinc ita  
colligo: h. e. juris naturæ, qvia est dishonestum. Jam dictamen  
rectæ rationis subseqvitur, ut actiones alias suscipiamus, alias  
fugiamus. Cum honesto illō videtur convenire Stoicorum as-  
sertio, qvæ officium perfectum, qvodq[ue] in solum sapientem ca-  
dit, describitur: Sapiens enim talis omnia propter honestatem  
agit; neque opus erat distinctione inter finem bonorum &  
per-

Add. inst. de  
jur. Nat.  
Gent. & Civ.

perfectum officium ex mente *Ciceronis*, qvoniam utrumq; mem-  
brum idem dicit.

S. 12. Jam de natura honesti despiciendum. Honestum  
esse, qvod bono morali, in honestum, qvod malo morali re-  
spondet omnes afferunt. Nam omnes actiones, qvæ à volun-  
tate suscipiuntur, aut laudantur aut vituperantur, laude dignæ,  
si honestæ, vituperio ob noxiæ, si inhonestæ sunt. Bonum verò  
morale definiendum esse videtur per illud, qvod est conveniens  
naturæ rationali in suis liberis actionibus, qvatenus est ratio-  
nalis. Nihil habet haec definitio commercii cum illa, qvando  
bonum naturale definitur per illud, qvod est conveniens cuiq;  
naturæ qvatenus ad unum in suis operationibus determinata-  
est. Bonum enim morale acqyiritur voluntate qvando homo  
liberè operatur, prout decet. Non inconvenienter huic ac-  
commodantur, qvæ Stoici de natura uniuersa, nihil esse contra  
illam agendum scribunt, ut propriam qvisq; observatâ universâ  
naturâ seqvatur, ita enim honestas & decus in omnibus actioni-  
bus obtineri. Hic igitur agitur de honestis, qvæ non ex hypo-  
thesi, sed in se talia sunt. Habuit DEUS suas leges, qva obstrin-  
gebant ex mero ejus placito, ut nullum dubium sit, qvin etiam  
contraria jubere potuisset. Hæc præcepta obligant ex volunta-  
te DEI, non ex naturâ suâ. Contrà honesta in se obligant ho-  
minem ex naturâ suâ, qvoniam convenient perfectioni ejus,  
obligant etiam ex voluntate DEI, prout DEUS per sanctitatem  
suam non potest aliter recte, qvam ut ab hominibus honesta co-  
li velit. Inconveniens est qvarere, an si DEUS nünquam præ-  
cepisset, honesta, ab homine facienda fuissent? Nam sanctissi-  
mum illud Lumen ab æterno voluit. Ut honestas observare-  
tur; qvando igitur conditus homo ipsiq; in ditta anima ratio-  
nalis, habuit jam legem menti impressam, ut cognosceret, qvæ  
facienda, qvæ fugienda essent. DEUS verò non præcepit ab  
æterno, etiamsi voluerit honesta: ejus enim voluntas à decla-  
ratione, qvæ continet legem, est distingvenda, qvoniam lex cum  
homine demum condito initium cepit.

S. 13 Tri-

§. 13. Triplicem habet finem præfixum homo, qvem conseqvatur ex naturæ juribus rectè observatis: primò ratione DEI, deindè ratione proximi, tūm sui ipsius. Qvando cogitat homo de suâ perfectione, qvam præ aliis creaturis obtinet, & qvomodo corpus qvidem fragile, anima verò immortalis sit, multicq; donis instructa, internis stimulis ad laudes DEI cogitur. Se novit unicum esse animal, qvod ccelum, qvod DEUM spectare posít, cum qvo etiam post mortem proprius conjungimur, adeoq; nihil præstantius putat, qvam venerari aeternum Numen; tūm ex naturâ homo societatem amat, libenter inservit, suâ operâ, studio, & diligentia adjuvans, neminem laedens. Circumspectit qvæ sint jura humana consociationis. Pro imperantibus in patriæ commodum vitam effundere non reformidat. Majus præ aliis studium præstat parentibus, & illis, qvos sangvine junc̄tos habet. Si sunt amici, in illos propensa est voluntate, ut illorum commodum cum suâ utilitate conjunctum censeat. Neq; denegat juvandi promptitudinem peregrinis, tantum abest, ut fociis civibusq; non sponte succurrat. Sui ipsius curam gerit diligenter ut acqvirat ad vivendum cultumq; necessaria: mentem multiplici notitia ornat, qvà cùm delectationem ex cognitione rerum variarum, tum usum maximum capiat. Videl Naturam ea declinare, qvæ illi interitum minari videntur. Hinc nobilissimum hospitem animam è corpore auctoritaria ejicere non audet, & qvoniam generandi sôbolem facultatem sibi concessam animadvertisit, liberis propagare nomen suum jucundum putat.

§. 14. Sed DEUS non contentus fuit jus naturæ hominum cordibus inscribere, verūm etiam de novo promulgare, atq; ante mortalium oculos ponere voluit. Patriarchæ admirabili longævitate & divina familiaritate illustres, qviq; haclenus populum suā auctoritate gubernaverant, in vivis desierant: Justum & æquum negligebant plerique, ingenii sui pravitati obsequentes. Commodè itaq; renovavit legem naturæ DEUS solenni promulgatione. Hæc jam in specie vocatur lex moralis, & antè quidem crebris revelationibus declarata, inculcata, repetita

9

tita est, neq; essentiā, ut in scholis loquimur, à jure naturae distingvitur, sed tantummodo modo. Summus rigor est, quem continet lex moralis a nemine observatu possibilis, etiamsi omnes homines sua opera in unum conferrent, nihil tamen hic justi inveniretur. Requirit enim lex Moralis non modo plenissimam obedientiam ratione perfectionis graduum, verum etiam ratione perfectionis partium. Hinc intelligitur, quorum numeranda sint bona opera Gentilium, si ex lege morali dijudicentur. Ceterè illam perfectionem minimè habent, quam Christianus aliundē sibi comparare studet. Multa conscripsit Ariſtoleſ de summo bono, de virtutibus, atq; in primis, ut iustitiam declarat, se copiosum præbet. Cicero virtutum omnium Magister admirabilis, maximoperè laudat iustitiam, ac si nihil sine ea recti atq; honesti peragi posset. Sine dubio etiam tanti doctores vita conſuetudinem suis præceptis approbarunt. Inde tamen nondum proveniunt actiones moraliter bona. Perfectio enim illa, quam lex moralis præscribit, in nullo homine dari potest.

§. 15. Secundum alios alia est juris acceptio, qvæ juris Gentium nomine exhibetur atq; à Jure naturæ distingvitur. Veteres multi & cum illis Ariſtoleſ nihil de hoc jure habent, explicantes solum illam distinctionem, qvæ est inter jus naturale & legitimum seu civile. Jus Gentium vero cum jure Naturæ sœpè permutatur. Memorabilis est locus Ciceronis : Majores aliud jus Gentium, aliud jus civile esse voluerunt. Qvod enim ci-  
vile non idem continuo Gentium ; qvod autem Gentium, idem ci-  
vile esse debet. Ac si quis ulterioris descriptionis ergo diceret : Ita veteres Philosophabantur, ut constituerent aliud jus naturale, aliud civile : Hoc à voluntate hominum dependere, atq;  
pro re nata mutari ; illud esse immutabile, obligare omnes gen-  
tes, imò ex eo petendas esse leges civiles, formandas Respubli-  
cas seu civitates, ut cō melius inter societas civiles, qvid juri  
naturæ consentaneum sit, innotescat. Qvæ vero usu & conſe-  
tudine apud gentes recepta sunt, non immerito ad jus civile re-  
feruntur. Hoc sensu jus gentium à jure naturæ, vel civili non-

Offic. l. 3. c. 17.

B

rece-

recederet; sed ad utrumq; spectaret. *Grotius* in definiendo hoc jure ab omnium gentium aut multarum voluntate argumentum petit, inde omnem obligandi vim arcet. Si de voluntaria tantum consensione, quia nimur ita voluerunt gentes, queritur, irerum dubitatio oritur, an expressa an tacita consensio illum obligationem efficiat? Nonne lex à superiore debet ferri? Nonne in legis promulgatione imperans debet adesse, & qui mandatum imperantis exequatur? Jam verò gentium nulla datur prarogativa, quælibet alteri æquivalis censetur. Libertatem amplectuntur omnes, nemo libenter alterius iussis secessit. Vix igitur probabile est, omnes populos hujus & illius gentis voluntariam consuetudinem pro lege arripiisse. Et si vel maximè concedatur, voluntariam gentium consuetudinem efficeret legem, non alia tamen, quam legis civilis denominatio hinc petenda est. Lex autem civilis à Jure gentium ex illo menti, qui aliter de hoc, aliter de illo loquuntur, distingui debet. Sin non de voluntaria tantum consensione, sed simul de necessitate & utilitate queratur, cogitandum, annon juris naturæ sit, omnium populorum usui & utilitati moderari.

S. 16. Qui jus gentium defendunt, hac ratione ferè definire solent: Qvod ex communi necessitate & utilitate generis humani, jubente ratione & consuetudine, apud omnes, aut plerasq; gentes receptum est. Huc referunt jus Legatorum, quod Legati inviolabiles, quia ab illis salus integrorum societatum dependet, existimantur. Sed naturæ lex jubet, ut integræ societates bene conserventur, ut hanc ob causam Legatis veneratio debetur. Huc belli jus spectare volunt. Inditum homini est, ut se defendat, ut omnia ea amoveat, quæ nocumentum minentur: hinc non potest non ob illum amorem, quod se, suamq; rem amplectitur, vim inferentem propulsare, atq; omnibus modis suum jus vindicare. Nam uti habet Cicero. Cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim: Cumq; illud proprium sit hominis, hoc belluarum, configendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Natura humana ad pacem potius, quam ad bellum propensa est, omnia tentans, antequam rem armis

Offic. l. i. c. ii.

mis experiatur, nullibi remedium inveniens, ex bello salutem  
qvarit. Ingens verò dedecus est, contra omne jus suam potentiam  
suos Regni fines, & diriones amplificare velle, atq; ut libido ex-  
pleatur, ab orco auxilium petere, infensisimumq; Christiani no-  
minis hostem in partes vocare. Cernere hoc ipsum licet in Chri-  
stianissimo Galliarum Rege, qui Hungaros non modò adversus  
Augustissimum Imperatorem excitavit, verùm etiam Turcam  
non unò modò solicitavit. Qui de Abrahamo cum tribus illis  
viris Mamre, Escol & Haner in foedera vivente, ac si minimè pro-  
hibitum foret cum diversa religionis hominibus foedera inire,  
probant, illis non planè assentit Magnus *Theologus Dn. D. Ca-*  
*lovius, Neq; tamen inquietus: certum est, tres istos viros eti Amo-*  
*reos idololatras fuisse, cum potuerint ad verum Deum conversi esse;*  
*quod verisimile videtur, quia alioquin Abrahamo exigua manu*  
*potentibus hostibus se se opponenti, se aut conjunxissent, aut ducen-*  
*dos prebuissent.* Qvod enim *Grotius* putat, ac si Abraham sine  
speciali mandato arma cepisset, vix inveniet locum. Illis tem-  
poribus qvod à singulis aut populo Dei actum est, Dei instinctu,  
monitis, iussis tribuendum esse viderut. Neq;ve scripture silentium  
trahit momenta rei in alteram partem. Bellum sequuntur  
jus victoriae, captivitates & servitudes ad coercendum hostem.  
An verò omnis servitus sit contra naturam alibi disputatur. Cer-  
tè aliud vult *Aristoteles*, qui conferri meretur. Captivitates ex-  
cipiunt manumissiones. Justum & æquum est, illum hominem  
qui liberali servitio peccatum delevit, à quo nihil meruendum  
est, servitute liberare, atq; felici libertatis statu donare. Ad  
jus gentium pertinet etiam dominium, qvod est jus rem sibi soli  
ac semper habendi: Ergo erit Dominus, qui rem sibi soli semper  
habet. Qz de potestate de rebus disponendi alijs afferuntur,  
concernunt potius effectum dominii, qvàm ipsum dominium.  
Neq;verò sine causa dominium est concedendum. Deus ho-  
minem condidit tanquam Dominum hujus universi anima &  
corpore præstantissimō ornavit, ut & de divino Numine sancte  
cogitaret, & sibi omnia subjecta esse videret. Non latuit hæc ra-  
tio *Ethnicos*. Benè *Aristoteles*: Existimandum esse plantas anie

*Pol. l. 2. c. 9.*

B

malum

Bibl. Illustr.  
Gen. c. 14, 13.

malium esse gratiā & cetera animalia hominum causā ; manus  
sæta quidem propter utilitatem & cibum. Fera vero, et si non omnia,  
at plurima illorum, propter cibum & alia adjumenta, ut & vestes ac  
cetera instrumenta ex illis siant. Si igitur natura nihil negat, imperf-  
etum facit, neque frustra manifestum est, illa omnia hominum gratiā  
fecisse naturam. Ita vero natura fortita est universas res ut aliæ

Offic. l. i. c. 7.

sint communes, aliæ singulorum. Cicero justitia munus esse  
censet, ut aliquis communibus pro communibus utatur, privatis  
autem ut suis. Dominium illud perhibetur clarissimis verbis

Gen. c. i. & 9.

in Bibliis sacris, hancqve ob causam furtum est prohibitum, ut  
quilibet rem suam propriam teneret, atqve civitates constitutæ  
sunt, ut adversus hostem auferentem res alienas sufficiens esset  
defensio. Hinc sponte sequitur, infelicitam esse. Remp.  
in quâ Magistratus subditis quacunqve oblata occasione bona  
sua eripiunt, vel invidis oculis illorum divitias atqve facultates  
adspiciunt. Qvôd si autem aliquis jure rem propriam ha-  
bere potest, justa quoqve erit occupatio, juxta Philosophorum  
regulam : *Posito actu secundo ponit necessariò actum primum,*,  
qvamvis non reciproco sensu ex primō actu statim ad secundum  
concludendum sit. Hinc enata est distinctio inter potentiale  
atqve actuale dominium. Illud commodatum à DEO univer-  
so generi humano primum per Adamum, postea per Noachum,  
quâ acceptance concedenda est rerum communio : Sed actuale  
dominium prohibet alios iisdem rebus utendi fruendi. Pri-  
mū rerum dominium prima rerum proprietas cum Adamo  
incepit, qui res occupatas domino suo subdidit liberos habens  
actu sub sua potestate. Postea rerum dominium proprietatemq;  
habuit Cain fratre Abele occiso, qvod ipsum expressis verbis as-  
seritur. Egressus Cain à facie Domini habitavit profugus in terra  
ad Orientalem plagam Eden. Idem : *edificavit civitatem, vocavitq;*  
*nomen ejus ex nomine filii sui Henoch.* Necesse planè absimile  
vero est an te factam familie separationem, jam tum Cain ha-  
buisse proprium suum veluti peculium. Erat ille jam perfecta  
estate, colebat terram, matrimonium inierat, ( qvod ante ex-  
dem ponendum est : postquam à Deo proscriptus & excommu-

nicatus

catus, soror in pietate instituta minimè illi nup̄fisset.) & in illa  
terrarum vastitate facilis erat dominiorum distinctio. Non  
autem adeo commodè sentitur, quando cuilibet occupatio fe-  
tarum debet esse concessa. Fluit hæc sententia ex falsa illa hy-  
pothesi, quasi illud justum sit, quod observatum fuit à gentibus  
antequam civitates conderentur. Ergò colligendum, consve-  
tudinem nostrorum temporum proprius accedere ad regulam  
naturæ juris, ut non omnibus jus venandi neq̄ue omni tempore  
competat, sed certis tantum personis, certò etiam atque descri-  
ptō tempore. Huic juri gentium annumerantur contractus.  
Natura non solùm hominem inclinat ad societatem colen-  
dam, sed etiam necessitas, dum sine opera, & exortis dominiis si-  
ne adjumento rerum alterius vivere nequit. Constituit verò na-  
tura hominem liberum, ut invitus aliquid facere in gratiam al-  
terius minimè cogatur. Hinc contractus invenit, per quos  
unus alteri obligatur. Exinde proveniunt emtio & venditio,  
commodatum & mutuum, pignus & quæ alia in contractibus  
obveniant nomina. Sed magnoperè errant qui introducunt  
deum distinc̄is dominiis contractuum necessitatem statu-  
unt: opera enim nunquam communes, sed semper à socio im-  
petrandæ fuere.

§. 17. Cæterum naturæ jus immutabile statuitur. Ab  
homine certè mutari nequit, quoniam nullus universo generi  
humano aliquid præcipiet, & licet aliquis contra naturam agat,  
indè tamen non mutatur, neq̄ue extirpitudine honestas, neq̄ue  
ex honestate turpitudo conficitur. DEUS verò ut immutabi-  
lis est, ita nihil mutabit, quod semel sancit. Itaque honesta sem-  
per manent eadem, & quæ hodiè honesta præcepta sunt, alio tem-  
pore minimè turpia erunt. Dicis, quando hic mundus extre-  
mo tempore peribit, nulla amplius erunt dominia, nulli con-  
tractus, obq; hanc causam mutari jus naturæ. Sed facilis est re-  
sponsio: Tolluntur quædam præcepta juris naturæ, quia ho-  
minum status mutatur, non verò in contrarium mutantur, ac si  
furta licita, pesta non servanda essent. Et verò ut exceptioni-  
bus quæ hinc inde afferuntur satisfieri possit, notanda est distin-

Etio inter jus p̄ceptivum atq̄ve permisivum. Multa enim sunt qvæ permittuntur, non p̄cipiuntur jure naturæ.

S. 18. Jam de jure legitimo seu civili , qvod aliæ etiam positivum appellatur, paucis agendum. Qvælibet societas habet peculiares leges , qvæ observantur, ut finem suum obtineat. Necesitas etiam sèpè cogit, ut veteres leges negligantur, nova condantur, aliæ addendo, aliæ detrahendo, immutentur. Et verò usitatum est in Rebus public. legi naturali convenientia & vel ipsa ejus principia legibus civilibus explicare. Hoc ipsum efflagitat hominum improborum protervia , qvæ coercenda non deducenda est. Sunt etiam nonnulli tam stupidæ, ut qvæ ex jura naturæ sponte sequuntur, vix cernere possint. Opus igitur est remedio qvadam præsentiore. Sed qui justus est atq̄ve ex prudentia habitu operatur novâ legis naturæ repetitione minus indiget, promtè exequitur, qvod natura jubet, cavens sedulò, ne impingat, & vel minimam non rete factorum suspicionem excitet. Hinc subsumendum, qvod jus positivum sit in dupli differentia : Versatur enim circa res arbitrarias tantum, vel & has & naturâ determinatas sibi vendicat, prout vel latè, vel strictè accipitur vox.

S. 19. Non incongrua erit hæc definitio. Jus positivum est regula actionum humanarum , secundum qvam vel unius, vel paucorum, vel omnium ex societate utilitas attenditur. Potest hæc definitio benè accommodari ad latiorem, etiam juris positivi acceptionem. Nihil præcipit Magistratus, nisi qvod cum jure naturæ conveniat. Injusta foret lex, nomenque non rem contineret, qvæ honestatem ab utilitate separaret. Imò sollicitus est Magistratus, ut societatis membris principia naturæ, & qvæ ea sequuntur, optimè perspecta sint: sed propriissimè loquendo de jure positivo, habet illud ejusmodi actiones , qvas antè legem perinde est, sive exerceas, sive omittas. Prout verò fravdet ratio societatis, catenus unius vel paucorum, vel omnium qværitur utilitas.

S. 20. Jus

V2

§. 20. Jus positivum conficitur ab eo qui summō utitur  
imperiō. Eam ob causam in Monarchico statu à nemine nisi  
à solo dependet Principe. In Aristocrātia optimates confi-  
ciunt leges: si forsan mixtura sese offert regiminis, pro illa  
mixtura potestas conficiendi leges temperanda est. Ita in no-  
stro Romano Imperio conspicitur Imperatoria Majestas, atq[ue]  
elucet Optimatum dignitas: In lege itaq[ue] confienda Capit-  
itis Membrorumque consensus reqviritur. Democraticus sta-  
tus quoq[ue] peculiare aliquid fortitur: Universi imperantes  
sunt arrogantq[ue] sibi potestatem legum: Sed singuli, ut pa-  
rentes atq[ue] subditi legibus spectantur.

§. 21. Jus Civile Romanum ab antiquis temporibus  
valdē aestimatum est. Hoc ipsum fatetur sapientissimus Reip.  
Romanæ Consul Cicero cùm ait: *Multa p[re]eclara Majorum-  
tum quād optimē constituti juris civilis summo semper in ho-  
nore fuit cognitio, atq[ue] interpretatio.* Illum honorem stabi-  
livit sacratissimus Imperator Justinianus, neq[ue] hodiè qvīcqvam  
deest, qvod ad ornandum studium Juris facit. Cedit verò Ju-  
ris prudentia Theologizæ. Illa saluti civili: hæc æternæ in-  
tentia est. Magnō igitur gradu à se invicem distant ha discipli-  
næ. Hinc sit, ut alibi locorum in primis apud Pontificios  
Theologi cuivis, vel summa dignitatis viro anteponantur.  
Nostrī mores ex virtute qvadam ferme indignum censent, ali-  
quem opulentum, & natalibus splendidum ad studium Theolo-  
gicum applicare animum. Quid indē metuendum? Exstiale  
Ecclesiæ discrimen, nisi mature obviam eatur huic malo, atq[ue]  
sanctū illud studium debitō afficiatur honore.

§. 22. Obligant leges positivæ & animum & voluntatem.  
Qui enim ex potestate sua leges ponit, omnibus modis obsequiu-  
um exposcit. Sed qvoniā nō hominum cogitata moverit,  
hinc sit, ut iudex civilis ab actionibus externis concludat, an lex  
observata fit, an ministr. Qvam etiam ob causam non tam ani-  
mo, qvād corpori præscribi leges videntur. Utī verò lex na-  
turæ

turæ mutari nequit, ita ex opposito lex positiva & divina & humana subiecta necessitate mutari potest. Si nulla utilitas, vel necessitas iubet, inconveniens censetur, introducere legum mutationes, imo, quantum fieri potest, nihil auctoritati veterum legum per immutationem detrahendum. Benè geritur res si affueti sunt civium animi certæ regulæ, secundum quam vivant & omnes actiones instituant: mutata regulâ, disso-ciantur animi, meruentes mille pericula & mala. Sed mutatō statu Reipubl. necessitas etiam requirit, ut leges inmutentur. Tunc callidum artificium est, sub antiquo schemate novum statum occultare. Novit illam artem Imperator Augustus in formanda Rep. Romana, qui sub tribuni, sub Consulis nomine aderat senatui & populo in legibus conficiendis atque applicandis.

§. 23. Aliter verò jus naturæ, aliter jus positivum rem dijudicat. Quatenus enim actio aliqua ex dictis factisq; exter-nis informatur, eatenus locum habet jus positivum: sed natura ipsum animum atq; voluntatem hominis perscrutatur. Eti-am si itaq; aliquis foro externo absolvatur a quodam crimen; tamen conscientia adhuc injustorum factorum judex permanet. Neq; tantæ latitudinis sunt leges civiles, ut de omnibus casib; de omnibus circumstantiis loqvantur: hinc multa committuntur dolô malô, qvæ actionem forensem non efficiunt. Ut sub exemplo loqvar, qvæ si ex hominum vitio fraudes in emtione atque venditione occurrant, dum alterum defraudare prudenter numeratur. Qvis empitor acquisitâ redicet pluris se rem æstimare, adeoq; se majus premium soluturum? Laudatur adhuc sapiens ille Romanus, Scævola, cùm postulasset, ut sibi fundus, cuius emtor erat, semel indicaretur, idq; venditor ita fecisset: dixit, se in majori pretio habere, addidit centum millia. Stoica sectæ addictos non est ut hodie laudes vel vituperes. Ex sola honestatis ratione omnia illi agebant, tantumq; aberat, ut spe lucri aliiquid facerent, ut cum jactura sua aliis potius prodesse in maxima felicitatis parte reponerent. Honores, divitiae & ejus generis alia pro bonis minimè reputabantur; paupertatem motrem

13

mortem ipsam tranquillō ferebant animō, non inter mala numerantes; Sed actionibus hominū intentus bene explicat.  
hanc rem *Grotius*: *In contractibus natura æquitatem imperat, & ita quidem, ut ex inequalitye jus oriatur minus habendi : Hec c. 12. §. 8. 9.*  
*æqualitas partim consistit in actibus, partim in eo de quo agitur & in actibus, ium precedentibus, tum principalibus. Ad precedentes actus pertinet, quod is, qui cum aliquo contrahit, vicia sibi nota rei, de qua agitur, significare debet: quod non civilibus tantum legibus constitui solet, sed nature quoque, actus congruit. Nam inter contrahentes propior quedam est societas, quam qua communis est hominum. At non idem dicendum est de his, que rem non contingunt. Sic mercator non peccabit, si sciat, plures naves in cursu esse, quae frumentum advehunt, neque indicet, ut eo pluris suum vendere possit. Contra si ruinosa sit domus, si male materia sit, haec indicanda. Et vero tenera res est conscientia, quae ubique honestatem, modumque agendi determinabit.*

S. 24. Post juris explicationem sequitur æquitas, cuius naturam egregie declarat *Michael Epesius præstantissimus Commentarius in Aristotelem*. *Est quodam jure melius æquum & bonum, licet non omni, nec ut diversum quid generē est melius: sed cum & ipsum jus sit, quodam jure melius, & cum uirg. honesta sint melius est æquum & bonum, non omni tamen jure, nam etiam ipsum jus est. Si enim æquum & bonum jus cum sit, omni jure esset melius, efficeretur, ut se ipso quoque esset melius. At id quod melius est, pejore aliquo est melius: quare seipso esset æquum & bonum & p. jus & melius, quod absurdum est. Jus naturæ dignitate multò superat jus positivum, atq. dum æquitas ex rationis dictamine, justum prescribit, æquitas anterenda est illi juri positivo, quod simpliciter & generaliter pronunciat.*

S. 25. *Æquitatis naturam definit Aristoteles, ut legis, quæ parte deficit ob universale, emendatio sit. Lex est generalis, nec; speciales actus in se continere potest. Æquitas igitur vult, ut quæ parte deficit lex, ea parte corrigatur. Eam correctionem, ipse vult legislator, modo praesens esset. Hanc ob causam dicitur,*

C

non

*J. B. P. lib. 2.  
c. 12. §. 8. 9.*

*Eth. l. 5. c. 9.*



nōn verba sed sensum legis inspiciendum, ut æqvitas obtineatur. Ubi notandum, qvod æqvitas non sit speciale aliquod jus, à jure naturæ, (& secundum aliquos à jure gentium,) vel etiam à positivo distinctum. Sed sit illud ipsum jus rectè explicatum atq; declaratum. Freqvens etiam est acceptio, qvā illam interpretationem infert, qvæ ad leniora tendit. Sic remittere non nunquam aliquid de suo jure æquum censetur. Exinde qvaritur, non quid liceat, sed quid facere convenientissimum sit.

§. 26. In omnibus Juribus reperitur æqvitas. Secundum naturæ jus est, depositum esse reddendum, promissum faciendum. Sed furioso gladius depositus minimè reddi debet, licet accesserit pactum & promissum. Jus naturæ vult ut neminem lñdas. Si verò ab aliquo non sine vita periculo invadaris, neq; sine aggressoris interitu salvus esse possis, qvid faciendum? Omnid tibi es proximus & ordinata charitas incipit à seipso. Qvapropter non dubitatur, qvin jure occidere possis illum, qui tuæ internecioni intentus est. Neq; exinde iniustitiae accusandus es, dum alterū è medio tollis. Cædis enim non primariò intenditur, sed conservatio tuae vite, atq; dum alio modò te conservare non posse existimas, propioremq; proprium amorem rectissimè judicas, injuriam propulsas, non infers. Hoc vult Cicero. Sed incidunt, inquiens, sapè tempora, cùm ei qvæ maximè videntur digna esse iustō homine, eog; qvem virum bonum dicimus communatur, fiuntq; contraria. In moralibus enim, ubi alibi docetur à circumstantiis honestas atq; turpitudo dependet: multum autem facit temporis ratio, qvoniam ea prohibet, qvæ primò intuitu facienda videntur.

§. 27. Secundum legem positivam dies Sabbathi destinatus est cultui divino: Attamen Salvator ipse personavit ægros, discipuli ejus spinas collegere. In tali re dispiciendum, qvod unum officium alteri præferendum sit, concurrunt aurem duo, beneficentia, & rigorosa cultus divini observatio. Verum enim verò beneficentia qvā Christus hominum æternæ salutis confuluit longè anteferenda Ceremoniali legi. Nemo sibi crastinum procerro polliceri valet, præstantissimum igitur officium est matutare

Offic. I. I. c. 10.

17

turare omni studiō alterius salutem. Discipuli spicas collegerunt, indēne aliquod peccatum probabitur? Nullum. Necesitas enim non habet legēm. Ita etiam Dāvid sacros panes cum sōciis comedit.

§. 28. Leges Civiles variè ex æqvitatē ratione limitantur atq; explicantur. Apud Græcos lex erat, peregrinum, si murum ascenderit, à civibus esse interficiendum. Contingat verò ut civitas obsideatur, peregrinus in murum ascendens hosti fortiter insistat, eumq; repellat. Sanc injustum erit, talem qui patriam suæ vitæ periculō tuetur, occidere. Accedere ergo debet æqvitas, qvæ peregrinum optimè meritum præmiis potius, qvām pœnīs afficiat.

§. 29. Omnes societas habent suas leges, qvibus res suas omnes, ordinemq; tueri conantur. Et rectissimè qvidem agitur, si ex æqvitate dispensatio locum habet. Nihil enim justi cogitare licet, qvando verba & literæ, non sententia & scopus legum spectatur. Apud Romanos tritum est Proverbiū: *summum jus summa injuria*. Summam igitur injuriam faciunt, qui non ex æqyo & bono, sed strictō jure atq; rigore rem dijudicant. Ita comparatus est quotidianus sermo atq; imperium domesticum, ut nihil recte posset administrari, si unusqvisq; velit verba speclare & non ad voluntatem ejus, qui verba habuerit, accedere. Non possunt ergo leges tam paucis verbis expressæ tueri justum, nisi ad æqvitatem legitimā explicatione redigantur. Imo rāio humana svadet, dum ab injuria inferenda sedulō cavit, ut illi interpretationis parti insistat, qvæ ad leniora tendit. Quid igitur sperandum, si duriora qvæq; ad sociumq; graviter offendendum arripiuntur. Sit lex nullus sociorum aliud vitæ genus se exterrit, qvām qvod ex ordine usitatum est: sed unus arripiat spartam cum ordine illo optimè convenientem, indignum se hō modo præstiterit, in primis qvando de benevolentia superiorum planè certus fuit, qvando nullus fuit, qui non liberaliter planè assensit?

§. 30. Nostra tempora multos habent rabulas forenses, qui sine omni aqvitate rebus adsunt. Pecunia causa litigandi existit, qvā deficiente deficit quoq; Patrocinium. Non tam honesta-

tis, qvam utilitatis rationem habent illi homines. Etiam si facile  
judicatu sit, nihil clientem obtenturum: tamen magis, magisq;  
ad litem exstimulant, hanc unicam ob causam, ut sibi pecuniam  
acqvirant. Melius certe foret, utramq; partem sine rabularum fo-  
rensum opera negotium ex æquo & bono transigere, qvam vel  
utramq; vel alterutram partem omnibus facultatibus denuda-  
tam pacem componere. Nonne injustissimum est atq; contra  
omnem æquitatem, pecuniam, qvæ in Advocatorum operam  
vel calliditatem potius collata, totam bonorum substantiam,  
de qua lis suscepta est, superare? Nonne multum iniquitatis  
trahit illa astutia, qvando ad posteros unam alteramq; proge-  
niem derivatur litis actio, & loco patrimonii spes acqirendi  
rem, qvam vanam esse, eventus ostendit, relinquitur? sed sunt  
homines qui in propriam perniciem ruunt, dummodo alterius  
bona evertant. Hi primum valde imprudentes sunt, ex propria  
pernicie alteri infortunium atq; malum accersentes: Deinde  
contra mortem Christianorum agunt: Christiani enim est pro-  
ximum adjuvare suis facultatibus & opibus, non evertere. Qvan-  
tum illud dedecus est illos, qui virtutibus Christianorum alios  
instruunt, vel ipsi specie utilitatis rapiuntur ad qvævis dissidia?  
Informabisne alios, dum multa de pulcherrima virtute, id est,  
cocordia loqueris, tuipse omnis discordia Autor existis? sed  
nolo hoc ad amusim examinare. Multum vero discriminis est  
inter eum qui notitiam legum habet, & inter eum qui leges ad  
factum applicare potest. Poterit aliquis peritus esse legum, ut  
tamen expers sit notitiae respondendi de factis & negotiis secun-  
dum leges. Talis tantum abest, ut æquitatem observet, & æquus  
vir dici mereatur, ut ab omni potius foro civili excludendus vi-  
deatur. Cæterum absit per omnem modum, ut aliquid præ-  
stantissimis laudibus Advocatorum detrahatur, qui & benè  
norunt justum atq; æquum, & justitiam atq; æquita-  
tem ubique observant.

¶(O)¶

15

*Uris Nature Dictamina plurima scripta*  
In cordibus mortalium.  
Hinc omnes hominum mores sunt jure ligati,  
Vocatur id *Jus Gentium*.  
*Jus utrumq; docet modo, KÜHLWEINIUS, ingens*  
Det *Juris Autor primum!*  
Floreat & studium, fructus ferat hocce paratos  
Et crescat hinc Honoribus!

JOHANNES Deutschmann / D.  
p. t. Acad. Rector.

Epigramma.

**Q** Vid *Natura* suō, Gentes quid *Jure Sodali*  
Intendant, opus est differuisse grave.  
Hoc tamen egregiā KUHLWEINUS differit arte,  
Ingeniūq; sui cuique recludit opes.  
Dignus *Jure æquo* cui *Gentes* præmia figant  
Et *Natura* Parenz, commoda mille ferat.  
Mores fœdi Hominum pessundant *Jura Tonantis*  
Nec *Natura* suum pondus habere potest.  
Barbara Christiadum Gentes superare videntur  
Facta, nec est *Gentis Jus* temerare pudor.  
*Qui Jus Nature communęq; ritè tuctur,*  
*Talem magna Virum præmia jure manent.*

Abr. Calovius, D.

**J**lls qui Perseqvitur, studiō, qui respicit æqvum:  
Huncce manent semper præmia digna soli!  
Hac Tibi, crede mihi, KUHLWEINI tempore certō  
Tradentur, studiis gratulor inde *Tuis*!

Johannes Meissnerus, D.

C 3

Quid

**Q** Vid jus constituat, qvis justus Terminus  
                          *equi*                   (docet  
Nunc Kühlevveiniadis docta Camœna  
Hinc jus, fasq; puto, qvo sumat agalmata lau.  
Et tandem studii præmia digna sui.     (dis  
Johannes Andr. Qvenstedt, D.

**I**n genii tua vis me totum semper adegit,  
Promptus ut in laudes sim mancamq; tuas.  
Quippe Tibi constas, & adauges promptior aurum  
Famæ, Doctorum dum tibi dogma placet:  
Musarum liberas didicisse fideliter artes,  
Hoc juvat ingenium ne capiat vitium.  
Non sine laude tua commonstras mentis acumen  
Dum JUS NATURÆ GENTIM & ipse probas.  
Macte Tuis cauſis! honor eſt tibi promptus & amplis.  
Patria Te premissi condecorabit amans.

*Hicſe Fautor & Amico ſuo felicioris omnis cauſa  
gratulari voluit debuit*

Casper Lyfer, D.

**S**æpius ascendens cathedralm conamine docto  
Ingenii dotes, Fautor amande, probas.  
Auguror inde bonum: cathedrali fallor, eadem  
Tu modò pro merito Jure locatus eris.

Apponeb. ex animo

Andr. Sennertus, P. P. Academ.  
Sen. & b. t. Decanus.

Dum

**D**um cupis optatam felix contingere metam,  
Juraq; KÜHLEVVEINI gentium adire studes.  
**N**empe Viri clari magnum & laudabile nomen  
Quia quis amat, tempus non nisi ritè locat  
**H**oc facis; ac citò laudis punctum omne mereris.  
**G**ratulator, ac specimen rursus honoris ego.

Georgius Caspar. Kirchmajerus,  
Eloq. P.P.

**J**us aequumq; Iibi præ multis per placet unū,  
**E**t tamen Eusebies Te tenet altus amor.  
Nam benè conveniunt, & in una sede moran-  
Justitia & Pieras, Philo|ophicq; decus; (tur  
Qvod Tibi sudanti Musarum præles Apollo  
Apparat, & Mediis optima qvæq; cupit.

*Politissimo Dn. Autori Respondenti, Amico suo per  
quam dilecto de secundo Philosophorum la-  
borum Specimine gratul.*

Christianus Röhrensee/ P.P.

**M**as Recht und Billig heißt? wie beyder Unscheid  
Genau zu suchen sey? Herr Küblewein beschreibt  
Und zeigt der klugen Welt. Der edle Geist Ihn treibet  
Und reizt zu solchem Thun. Dafür das Ehren-Kleid  
Das man allein erwirbt durch streten Kampff und Streit/  
Ihm als ein schöner Lohn für vielen andern bleibet/  
Sein Lorbeer herrlich grünt und von dem Tau bekleibet/  
Den Er durch seinen Fleiß gesamlet iederzeit.

Das

Das wehrte Vaterland sich über Ihn erfreuet/  
Die Eltern sind verqnigz/ ihr Geld sie nicht gerenuet/  
So sie auff Ihn gewaet/ ein ieder preiset Sie/  
Dass sie den wackern Sohn so rühmlichen erzogen/  
Der seiner Eltern Wunsch und Hoffnung nicht betrogen.  
Ich wünsche Glück dazu : Herr Kühlwein leb und blühh!

M. Nicol. Bened. Pascha, Fac. Phil. Adj.

**S**ic est: ingenium felix cognoscitur ausu  
Eximio semper; quod tua facta probant  
Sadasti in studiis hinc Attua premia longa  
Dum scandis cathedram non sine laude manent.

M. Joh. Frideric. Schulze/Fac. Phil. Adj.

**A**s Er behy Musen stets sein Leblang will verbleiben/  
Zeige Er nun abermahl in öffentlichen Schreiben:  
Indem/ sehr werther Freund/ was Recht und billig  
Der Nachwelt zeiget an/ und wie Er auch dabey (seyl  
Von Recht der Völcker redt/ obs seyn ein Recht zu nennen/  
Und was dieselben pflegn vor Rechte zu bekennen/  
Drumb zugurrußen Ihn ich kan nicht unterlahn/  
Er fahr ansatz so fort / dies ist die rechte Bahu/  
Die Ihn bald führen wird/ zu grossen hohen Ehren/  
Die sein Lob/ Ehr und der Frau Mutter Freud vermehren/  
Zu seinem Fleiß wird Ihm Apollo selbst zu lohn  
In kurzen sezen auf ein schöne Lorbeer-Cron.

Also wolte den Herrn Antwortenten/ als sei-  
nen wertheschätzten Freund/ glückwün-  
schend in gesflügelster Ell beecken

M. David. Wendeler/der Phil. Facul-  
tät Adjunctus.

Pul-

Pulpita sacra SEMEL, Sophies Bis, Fautor Amande.

Scandendo repetis, non sine laude tuā.

QVARTUM de Cathedrā surgentem Magnus Apollo  
Lauru promeritā, Te sinet esse suum! V7

His

Conatus Egregios  
Prastantiss. atq; longè humaniss.  
DN. RESPONDENTIS,  
Fautoris, Contubernialis atque Amici  
sui honoratissimi gratulari illisq;  
prospem quilibet appareci  
voluit, debuit

## M. Johannes Wolff.

**D**em ist kein Ding zu hoch/  
Dem Lieb und Lust auf starken Flügeln führet/  
Die Last ist leicht / kein Schmerke wird verspühret  
Von Centner schwerem Zoch;  
Er kan vergnigt bestreikt spazieren gehen/  
Wenn andre frey in Unmuchs - Klöstern stechen.

Der Erden - schwarze Leib/  
Dem uns ein Fall aus Fürwiz hat erworben/  
Ist nun verstellt und ganz an Schön' erstorben;  
Der stille Zeit - Vertrieb  
Ist Kett und Strick / und Dunkel unsrer Herzen/  
Das Unrecht / Recht / Angst / Furcht / das theure Scherzen.

Dis längst - verlohrne Leicht/  
Den hohen Glanz / die rechte Pracht der Seelen/  
Hat ikt sein Fleiss aus tunkel - schwarzen Hölen/

D

Mein

Mein Gönner/ angericht/  
Sein Leben hat Ihn zu der Kunst getrieben/  
Die Lust/ daß Er dß schöne Werck geschrieben.

Ich bin recht hoch erfreut/  
Und wündsche Glück / daß es Ihm ist gelungen/  
Die Bande seynd sampf Fesseln längst zusprungen/  
Worinn ein Erd. Geist leit;  
Er fahre fort/ wie Ihn sein Führer leitet!  
Ehr/ Ereb und Lust sind / die man so erstreitet.

Durch dieses solte seine Glückwünschende Schuldigkeit  
gegen dem wohlgelehrten Hn. Kühlwein/ bey  
gelehrter und zugleich rühmlichst. abgelegter  
Disputation, abstatten

M. Donat Kühn/ von Dippoldiswalda  
in Meissen.

**G**o will Er/ Werther/ ißt das Recht mit flu-  
gen Sinnen  
Erforschen auf dem Grund; Ich lobe sein Begüßen;  
GOTT lasse ferner Ihn bestrahlen Liecht und  
Recht/ +  
So wird Er würdig einst seyn GOTTES  
treuer Knecht.

† Exod. 28, 30.

Welches dem Hn. Antwortenden schuldigst  
und herzlich wünschet

Johannes Sonnenfel der/  
SS. Theol. Stud.  
Haud

18  
H Aus male JUS dictum Jovis OS qvali nempe putatur.  
Cœlo etenim natum novimus atqve datam,  
Istius hinc facilè constat præstantia summa:  
    Qvanta sit utilitas, inscius ecqvis erit?  
JUS amat ipse poli, pelagisq; soliqve Monarcha.  
    Nec Rex nec Civis JURE carere potest.  
Hoc sine victa jacet pietas, ac infima summis  
    Miscentur, tristi terraqve cæde modet.  
Sin rerum frænor moderantur JURA salubres,  
    Felici sanè flumine cuncta fluunt.  
Dum hujus naturam docto meletemate pandis,  
    Dignum laude facis atqve relinqvis opus.  
Gratulor. Euge! tantum Cognomen & omne plenum est.  
Non deerunt Studiis præmia grata Tuis.

*Praefantissimo atq; Doctissimo Domino Autori, gra.  
tulabundus deproperare voluit,  
debuit*

## FRANCISCUS Pfeil/ Med. C.

Jn  
Virtutum Dominam, Cicero (a) vocat atq; supremam  
    Justitiam solam, legiæ qvam pagina sacra  
Commendat nobis, & Iustis prospera cuncta  
Promittit dicens: *Iustus ceu palma Virebit* (b)  
Ex quo justitiam qvisqvis servare tenetur.  
Hoc & perpendens noster KUHLEVENIUS audet,

*Justitia certam strenue defendere Normam.  
Cujus ut incepsum felicitet atque secundet,  
Iustorum Custos (c) ex corde precatur & optat.*

(a) 3. Offic. (b) Psal. 92. v. 13. (c) Ps. 34. v. 30.

*Peregrinii arg. clarè docti Dn. RESPONDENT.  
Amicus integer*

## GEORG. ADAM. Brunner/ Hall. Sax. L.L. Stud.

**Q**uid juvat in tenebris consumere tempora vitæ;  
Si nihil hinc lumen sedulitatis habet?  
En! Quid? Jam ternā surgit KUHLEWEINIA virtus,  
Inclyla, facta mero nil nisi JURE virens  
Hoc Deus omnipotens in te, venerande Respondens  
Confirmet, qvicqvid Tū dedit usqve boni.

B. O. E.

*His Pauculis animum suum officiosissimum ostendere debuit, voluit*

Gustavus Johannes Laurentius,  
Rev. Livon.



X2615923

VDM



### Farbkarte #13



B. V.  
ACADEMICA

RE  
STATE,  
IDE  
TOPHORO  
ann/

um examini  
it  
ANUS Kühlewein/  
rg. Sax.

M A J O R I ,  
Martii  
ridianis.

FRGÆ,  
S WILCKII.  
C LXXVII.